99 Romae in quodam marmore delato Romam ex civitate Portuensi RED. IVC. PICC. NEAP. Sine loco ALC.

IMP · CAESARI
DIVI · HADRIANI · FIL
DIVI · TRAIANI · PARTHIC · NEPOTI
DIVI · NERVAE · PRONEP
T · AELIO · HADRIANO
ANTONINO · AVG · PIO
PONT · MAX · TRIB · POT · IIII p.C.141
COS · III · P · P
DOMINI · NAVIVM · CARTHAGI
NENSIVM · EX · AFRICA

Codex Redianus f. 33', Iucundus rec. 3 (Cicogn. f. 111'), Alciatus Feae f. 90', Piccart n. 98 (inde Reines. 3, 21), cod. Neap. XIV D 8 f. 42 iterumque f. 77', ex fonte communi.

Vv. divisio nostra est. — 6 ANTONIO Neap. — 9. 10 CARTHAGINIENSIVM Picc. Neap. (67').

100 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in villa Albania.

pro salute imp. caesaris t. aeli
HADRIANI · AN|*tonini*
AVG · PII · P · P · ET · M| *aeli aureli*
CAESARIS · CAN|
ANAPTOTERIVM| *m. ulpius*
AVG · LIB · APPIANV|*s nomine*
SVO · ET · VLPIAE · M|
FILIAE · SVAE|
CIVIBVS · GA|
DONVM · DE|*dit*

Descripsi. Fortunati in epistula data die 4 Febr. 1867; Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 178; P. H. Visconti catal. vill. Alban. p. 305 n. 209.

3 fin. fortasse supplendum est *can[delabrum et]*. — 4 *anaptoterium* vocabulum alibi nondum repertum est; videtur derivari a Graecorum ἀναπίπτειν potestque accipi de accubitorio. — 8 supple *civibus Ga[zaeis]*, qui in Portu reliquerunt etiam titulum Graecum editum C. I. Gr. n. 5892, sive mavis *Ga[ditanis]*.

101 rep. anno 1750 vel 1751 Civitavecchia *nella piazza detta di S. Francesco facendo i fondamenti per una sua nuova casa il sig. Michele Guglielmotti* TORRACA. Videtur periisse.

m. aelio aurelio
caesari
imp caesaris t. aeli
HADRIANI AN|*tonini*
AVG · PII · P · P · |*filio*
CORPVS PISTO|*rum*
COLONIAE O|*stiens. et*
PORTVS VTRIV|*sque*

Torraca apud Lamium *Novelle letterarie di Firenze* 1769 p. 662 (inde Donati 466, 8) et in commentatione oblata Garampio cardinali nunc adservata inter schedas Marinii ms. Vat. 9125 f. 333, item apud Amaduzzium inscr. anecd. (ms. Savignan.) 1 p. 97; Reggi ms. inter Mariniana bibliothecae Vaticanae (inde De Rossi *bull. arch. crist.* 4, 1866, p. 39).

Potest referri etiam ad Faustinam Augustam.

Eiusdem corporis sive *corporis pistorum Ostiens(ium) et Port(uensium)* quaestor et quinquennalis invenitur infra n. 369. Pistores Ostienses memoravit sub Caracalla Ulpianus libro singulari de officio praetori stutelaris (fragm. Vat. § 234), scilicet eis non competere immunitatem a tutelis pistoribus urbis Romae concessam.

102 tabula magna marmorea. *Non à molto dissotterrata a Porto* [significari Portum ostii Tiberini apparet ex eis quae praecedunt] *e fu da me acquistata e vedesi ora collocata tra quelle iscrizioni straniere che ornano la mia scala* OLIV. Extat Pisauri in aedibus Olivieri.

IMP| *caesari*
M · AVR|*elio antonino*
AVG · P|*ontifici maximo trib*
POT X. *imp.. cos.. p. p. diui*
ANT|*onini pii filio*
DIVI| *hadriani nepoti*
DIVI TR|*aiani p*ARTHIC
PRONEPOT DIVI
NERVAE ABNEPOT
CORPVS SABVRRARIORVM
S P P
CVRA AGENTIBVS
PATRONO CLAVDIO BLASTIANO
QQ CLAVDIO EVTYCHN
MVNNENIO GAIANO

Descripsit Bormann. Olivieri *memorie del Porto di Pesaro* (1774) p. 12, add. ad marm. Pisaur. n. 17; Donati p. 458, 5 (inde Orelli 4116); Rocchi descripsit.

103 Ostiae in museo.

IM|*p. caes m. aure*|LIO
AN|*tonino a*|VG
GER|*m*
PON|*t. max*
TRIB| *pot..*
IMP·|

Descripsi. Fragmentum maius exhibet C. L. Visconti ms. qui descripsit mense Martio 1856.

104 Ostiae in museo.

imp. c|AESAR ·
m. au|RELIO
anto|NINO sic

Descripsi.

105 marmorea basis videtur magis quam tabula. Extat Florentiae in ecclesia S. Iohannis (*battistero*), immissa pluteo unius ex fenestris quibus ex ambulacro superiore in ipsam ecclesiam despicitur, prope absidem maximam (*coro*). *Sarà stata messa in opera nell' atto dell' edificazione del medesimo tempio* NELLI.

IMP · CAESARI
DIVI · ANTONINI · PII · FIL
DIVI · HADRIANI · N|*epoti*
DIVI · TRAIANI PARTHIC|*pronep*
DIVI · NERVAE · ABNEPOTI
L · AVRELIO · VERO
AVG · ARMENIAC · PARTHIC
MAXIMO · MEDICO · TRIB · POT · VI p.C.166
IMP · V · COS · II · DESIGNAT · III · PROCOS
COLLEG · FABR · TIGN · OSTIS
QVOD · PROVIDENTIA · ET · LIB|*era*
LITATEINDVLGENTISS|*imi principis*
. . . .

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Primum ut videtur legitur bis, sed eodem exemplo in duabus schedis solitariis insertis codici Petri Victorii n. 27 (nunc cod. Monac. Lat. 743) f. 115. Exhibent deinde Strozzi cod. mus. Florent. f. 36 et f. 38; Gori inscr. Etr. 1 (1727) p. 310 n. 51 (inde Vulpi Lat. 6, 214; item inde, potius quam ex Nellio, Lumachi *mem. stor. dell' ant. basilica di S. Giov. Batt. di Firenze*; ex Gorio et Vulp. Murat. 520, 7); I. B. Nelli *Piante ed alzati della chiesa di S. Maria del Fiore metropolitana Fiorentina* (Florent. 1755), *spiegazione delle piante* (ad tab. XVII) p. XXXVIII (inde ut videtur repetita est tam a Lamio *lezioni di antichità Toscane* VII p. 253, *Novelle Fior.* 1763 p. 294, quam ab aliis).

3 fin. 4 fin. desunt iam apud Victorium Strozzium Gorium; nisi quod Strozzius v. 4 habet PARTHICI... — 9 IMP · V corrigendum est in IMP · IV; nam Marcum et Verum a. demum 168 imperatores quintum esse appellatos aliunde constat.

Hanc inscriptionem a fabris tignuariis dedicatam esse non Florentiae, sed aut Romae aut Ostiae luce clarius est. Ego eam medio quod dicunt aevo Ostia Pisas, ubi prodierunt etiam n. 9 et 287, deinde Pisis Florentiam advectam esse crediderim. — Ecclesiam S. Johannis hodie plerique extructam putant saeculo p. Chr. undecimo vel duodecimo; nec tamen desunt qui ei aetatem multo maiorem tribuant (cf. Hübsch, *die altchristlichen Kirchen* p. 42 seq., et contra hunc Schnaase hist. art. vol. 4, ed. altera, p. 442).